



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. IV. Ad capitulum 40. de Elect. & El. pot.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

dros interpretatur Chronicon Normannorum ad A. 1151. *Comes Morinorum, quos moderni Flandros nominant.* Horum civitas Episcopalis Tervana, seu Teroana, à Carolo V. excisa, quæ fuit suffraganea Archiepiscopi Remensis. Vide supra Ecloga 3. c. 8.

*Tervana,* *Teroana.* In cap. 33. Rescribitur Episcopo Bajocensi, cui nomen Roberto fuit, ut habet auctor Galliæ Christianæ. Episcopatus Bajocensis, sub Archiepiscopatu Rotomagensi ad sequanam in Normanniâ. *Bajeux.* - Bajocasses Cæsari & Ausonio noti, Galliæ Lugdunensis populi. Bajocassina prædia in Galliâ Lugdunensi habet Sidonius 4. *Epistol. 17.* Hic Robertus Episcopus Innocentio nostro dicitur juris peritus, quæ non ultima Episcopi laus est. Hoc encomio celebratur Gregorius Neo-Cæsariensis, quod legum Romanarum fuerit peritus. *Socrates lib. 4. c. 22.* Ἀπό τοις Αἰθηνῶσι παιδεῖσθαι τηλείων αὐτοκαρχείους, τοι τῆς Βηρυτοῦ νόμοις ἐμάδειοι. Consilio Rhetoris cujusdam se legibus operam dedisse. *Studium* confitetur in panegyrico ipse ad Origenem, & addit, à magistro accepisse, maximum ei viaticum fore legum studium. Sic leges *juris, maxi-* Beryti didicisse memoratur Severus Antiochenus Episcopus, *mum viati-* quo Evagrius lib. 3. c. 33. Petrus Pisanus Episcopus unus è partibus *cum.* Petri Leonis, legum & canonum peritus celebratur vitâ D. Bernar. *Severus An-* di lib. 2. c. 7. ut observat doctissimus Dadinus.

*tioch. Epis.* In cap. 37. legendum, non Lexoviensi, sed Luxoviensi Episco- *Petrus Pi-* scopo du Lusseul, in Comitatu Burgundiæ. Cæterum textus ver- *sanus.* ba: Cum nullam spem vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debeat Luxoviensis monachari, hoc volunt: qui nullam spem aut promissionem ut Ab- *Episc.* bas fieri possit, habet electus: eum oportere prius monachari, a- lias abbas non fiet. Junge cap. 49. h. t.

## C A P. IV.

## Ad capitulum 40. de Elect. &amp; El. pot.

## S U M M A R I A.

- |                                   |                         |
|-----------------------------------|-------------------------|
| 1. Patriarcha Cpolitani electio   | 4. Notarii Ecclesia.    |
| venit ad sedem Rom.               | 5. Scriniarii.          |
| 2. Magistri dignitas.             | 6. Duo genera Notarior. |
| 3. Notarii Apostolici Regionarii. | 7. Species facti.       |

Epi.



**E**pistola hæc habetur lib. 3. Regestri. 15. Et in collectione IV.  
Pertinet huc, quod scribit Godefridus Monachus in annal.  
**E**ad ann. 1215. Papa Romæ Concilium habuit, ubi tam de trans-  
marinis partibus, quam de cunctis Christianorum finibus, Pa-  
triarchis, Episcopis &c. congregatis in Ecclesia S. Johannis Baptiste  
concilium in festo S. Martini inchoatum, & usq; ad festum S. Andreæ  
protraetum nihil dignum memoria, quod commendari posset, actum  
est, nisi quod Orientalis Ecclesia (quod ante inauditum fuit) se sub-  
ditam Romanæ Ecclesie exhibuit. Nam Cpoli duo in Patriarcham  
electi Romam venerunt, qui ambos consilio Cardinalium depositi, &  
tertium substituit, & investivit, & ad sedem propriam remisit.  
Hæc Godefridus. Captâ enim Constantinopoli à Francis & Ve- Patriarchæ  
netis, Patriarchæ Constantinopolitani electionem Innocentius si- Cpolitani  
bi sumserat, quæ hactenus penes Imperatorem fuerat, eique hanc electio ve-  
formam dederat, ut esset penes Canonicos Patriarchalis Ecclesie nit ad se-  
& Præpositos conventualium ecclesiarum Constantinopolitanæ dem Rom.  
civitatis. Inscriptio est ad MAXIMUM, qui dignitate Magister  
audit, officio Notarius Apostolicus. Est enim Magister nomen Magistri  
dignitatis. Dicuntur ita graduati in Theologia & artibus libe- dignitas.  
ralibus, teste P. Gregorio. Dicuntur & cujuslibet disciplinæ  
præceptores hoc nomine, uti magistratus vox pro docendi pote-  
state, l. un. C. de stud. lib. urb. Rom. Magistrare docere est. Spar-  
tianus Hadriano: vitam militarem magistrans. Festus: magi-  
strare, regere & temperare est. Dicuntur Magistrations etiam  
loca ipsa seu cellulæ, in quibus docetur. l. 3. C. Tb. de stud. lib. urb.  
R. quæ est l. un. C. Justin. eod. tit. Maximus iste salutatur Notarius Notarii A-  
Apostolicus. Hos institutos à Clemente per septem urbis regio- postolici Re-  
nes, ut Martyrum gesta perscriberent, unde notarii regionarii di- gionarii.  
cti, refert Anastasius & Platina in Clemente. Cum verò temporis  
progressu negligentius executioni publica hæc liturgia manda-  
retur, Anterus Pontifex Romanus denuo circa annum salutis 238.  
gesta illa Martyrum apud Notarios deposita diligenter conquisi-  
ta in Ecclesiæ apothecas recondidit. Notariis deinceps addidit  
Διοκόπες καὶ ἐγοδιώνες Fabianus successor Anteri, septem ni-  
mirum Diaconos, per septem urbis regiones, qui cujusque digna-  
tio-

*Notarii  
Ecclesiae.*

*Scrinarii.*

*Duo genera  
Notariorum.*

*Species fa-  
cti.*

tionis martyrum tormenta consignabant. Alii erant Romanæ Curiæ & S. R. E. proprii Scrinarii & Notarii, qui scribendis Papæ actibus inserviebant. Hi vices Cancellarii supplebant. Idem literas Apostolicas & tabulas ecclesiasticas perscripserunt. *can. quidam. c. 5. qu. 10 can. 2. c. cum redemptor. c. 12. qu. 2.* Unde iidem chartularii. *can. quâ de causâ. c. 2. qu. 5.* Eorundem munus fuit scrinia seu archiva Ecclesiae tueri atque custodire, unde & Scrinarii dicti. *c. ad audienciam. de Prescript. Glossæ Basilicæ:* σκρινία ἡ ἀρχλαμ. Eymologus σκρινίας τῆς δύναμης υπάρχων τάξεως λατινων Φωνῇ ὁ οὐρανός, ἐλληνικῶς χαρτοφύλαξ. Suidas. σκρινίας, ὁ χαρτοφύλαξ τὸ ἐπιτέχνης, ὁ αἴρων τὸ σκρινίον ἢ τὸ κιβώτιον. Postremò iidem Protonotarii dici sueverunt, ut in pragm. tit. de caus. c. 1. §. Romane & ibi Glossa. Duo ergo Romæ Notariorum genera, quamvis utrumque genus & urbis & curiæ in iisdem hominibus sèpè conveniebat, ut in Sergii IV. diplomatico: *Scriptum per manus Benedicti Notarii Regionarii & Scrinarii S. R. E.* Uti nec impediebat Notarium Apostolicum fuisse & alterius alieujus urbis. Ita in Epistolis Innocentii III. lib. 2. Epist. 22. *Ego Guido S. R. E. & Piperni Scrinarius interfui & subscripsi.* Species facti in capitulo isthoc hæc est: Mortuo Thomâ Mauroceno, qui primus è Latinis electus est Patriarcha Constantinopolitanus, Electorum suffragia exstiterunt imparia, aliis Heraclensem (ita enim rescribi oportet pro Eradiensi) Archiepiscopum, aliis Plebanum S. Pauli de Venetiis eligentibus. Re Romam delatâ, causæ cognitionem Pontifex Magistro Maximo mandavit, eumque Constantinopolin misit, cui tamen finem non imposuit Venetiis moratus. Quare postea causa commissa fuit Pelagio Albanensi episcopo Constantinopolin legato, ut videre est *ex lib. 4. Epist. In-* *nocent. 104. 105. 106. 112.*

## CAP. V.

### Ad cap. 45. 46. 47. de Eleçt. & El. pot.

#### S U M M A R I A.

1. Cap. 45.

2. Emendatio c. 46.

3. Uffonis Lundensis electio irrita.

4. Emendatur c. 46. Ebroicensis.

5. Ab-

